2250. ESSENTIA, EXISTENTIA, DISTINCTA, PERFECTIO. DEFINITIONES
Vorläufige Datierung: 1690 bis 1694

Überlieferung:
L Konzept: LH IV, 8, Bl. 102. 1 Bl. 2°. 1 Sp.
E[1] Bodemann, *Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 123 f.
E[2] VE, N. 302.

bearbeitet von Gerhard Biller u. Heinrich Pfannkuch

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Wasserzeichen belegt Oktober 1690 bis Oktober 1694.
[Thematische Stichworte:] Essentia, existentia, distincta, perfectio, substantia, accidens, Deus, mundus, locus, tempus, ordo, spatium, corpus, extensum, continuum, resistens, actio, passio
[Einleitung:] —

Essentia est cogitabilitas distincta.

Existentia est sensibilitas distincta, pro cogitabilitate et sensibilitate possis substituere conceptibilitatem et perceptibilitatem.

Distincta, id est eousque explicata ut cognoscatur nullam inesse contradictionem.

Perfectio est Essentiae gradus, seu quo quid plus habet essentiae vel realitatis eo est perfectius.

Substantia interim ad Scholarum morem definita, est Ens quod non est in alio tanquam in subjecto, et in quo alia Entia sunt tanquam in subject[o].

Accidens est Ens quod in alio est tanquam in subjecto.

Deus est substantia absolutae perfectionis, Creatura limitatae.

Mundus est aggregatum existentium limitatorum, itaque Mundus non est una substantia, nec Deus est anima mundi.

Locus est ordo continuus coexistendi vel continuum constituens ordinem coexistendi.

Tempus est ordo continuus mutationum, vel continuum constituens ordinem mutationum.

12 est (*1*) con (*2*) cogitabilitas (*a*) seu con (*b*) distincta *L* 15 ut (*1*) appareat (*2*) cognoscatur *L* 19 subjectum *L ändert Hrsg.* 20 est (*1*) quo (*2*) Ens *L* 21 substantia (*1*) summ (*2*) absolutae *L* 22 existentium | (*1*) praeter Deum (*2*) limitatorum *erg.* | *L* 23 , nec ... mundi *erg. L* 24 continuus *erg. L* 24 vel ... coexistendi *erg. L* 25 continuus *erg. L* 25 f. , vel ... mutationum *erg. L*

Ordo est relatio plurium per quam eorum quodlibet a quolibet distingui potest.

Spatium est extensum non resistens, Nempe secundum vulgarem concipiendi modum ad instar substantiae.

Corpus est extensum resistens.

Extensum est continuum cujus partes coexistunt, ita ut ordine coexistendi discernantur. Hic supponitur gradus intensionis non esse partes, saltem nullus inter eas ordo coexistendi, nec principium distinguendi, integrum an a productionis ordine?

Continuum est totum cujus partes sunt indefinite assignabiles.

Resistens est patiens cum reactione.

Actio est mutatio respectu ejus substantiae in qua proximum principium est rationis reddendae.

Passio est mutatio respectu ejus substantiae quae mutatur.

1 Ordo … | eorum *erg.* | … potest *erg. L* 2 f. resistens | , (*1*) seu ex (*2*) quatenus scilice (*3*) Nempe … modum (*a*) quo (*b*) ad instar substantiae *erg.* | *L* 5 est (*1*) ⟨eorum⟩ (*2*) continuum *L* 5 partes (*1*) coexistunt (*2*) habent ordinem (*3*) coexistunt, … discernantur *L* 6 f. Hic … ordine? *erg. L* 8 totum *erg. L* 8 f. assignabiles (*1*) Sp (*2*) Resistens *L* 9 f. reactione. (*1*) Actio est status ex quo proxime sequitur mutatio. Passio est ipsa m (*2*) Vis vel ⟨p⟩ (*3*) Actio est mutatio respectu ejus ex cujus natura ratio ejus reddi potest. Passio respectu ejus in quo est mutatio, ita ut ex ipsius natura (*a*) ra (*b*) distinctis conceptibus (*4*) Actio est mutatio relata ad id exercitium perfectionis Passio (*a*) mutatio imp (*b*) est mutatio perfectionem imminuens (*5*) Actio *L* 10 est (*1*) dist (*2*) rationis *L* 12 est mutatio *erg. L* 12 substantiae *erg. L*